

à malis Ministris administratorum : Tertia in genere de vocatione Ministrorum Ecclesiae. De quilibet seorsim agemus.

Quæstio I. De usu & efficacia Ministerij Ecclesiastici.

16. Quæritur igitur initio , Quis fit usus sive quæ utilitas , quam homines capiunt ex ministerio: non quidem ex Ministerio Legali,sive Mosaiico , quod nihil nisi iram operatur , arguit , accusat & damnat peccatum : Sed ex Ministerio Evangelij sive Novi Testamenti.

17. Respondet Confessio : ut hanc (Iustificantem) Fidem consequamur , institutum est ministerium docendi Evangelium , & porrigiendi Sacra-menta.

18. Docet igitur Confessio , initio , Fidem hominibus donari per ministerium verbi & Sacra-mentorum.

19. Affirmati huius veritas nititur partim per spiculis sacrarum literarum oraculis extra omnem dubitationis aleam positis : partim vero evidenteribus Exempliis , quæ hac in Quæstione confirmanda ponderis momentique plurimum obtinere & possunt & debent.

20. Et de Evangelij quidem prædicatione notum est illud Apostoli Rom. 10, 17. Fides est ex au-

A A S ditu